

1520 Medw. b. 1. p. 22. Marly

Petrus Tomicki Episcopus Cra-  
coviensis Vicecancellarius. Nicolao  
de Sidowiez Castellano Sandomi-  
viensi Thesaurario regni Polonie,  
Oswetimensi, Zatoriensis, Krzepicensis  
et Olstiniensis Capitaneo.

65

Magnifice Domine amice charissime ac  
honorandissime. Non videtur mihi con-  
sultum, ut vel vestra Majestas, vel ego cum  
novitate de profligato rege Joanne ad Ma-  
jestatem regiam mittere tam subito de-  
beamus, ne de adverso illius casu et re-  
bus ejus inclinatis letari videamur.  
Verum sub hac rerum mutatione, vide-  
bitur mihi consulenda Majestas sua  
an Oratores de tractanda concordia inter  
eundem Joannem regem, et regem Fer-  
dinandum erunt mittendi nec ne, et  
cum quibus instructionibus postque  
alia sit nunc facies rerum, quam pri-  
us fuerit, et cum hac scribemus subin-  
feremus etiam de profligato ipso re-  
ge Joanne et fuga elapso ad Castrum  
Dominorum De Camienicz, ut non prin-  
cipaliter nuntiando hanc infaustram  
illius Cladem, sed propter expeditionem  
oratorum nuntium nostrum ad Maje-  
statem suam misisse videamur, sed  
de his omnibus liberius et plenius con-  
feram cum vestra Majestate, cum bene  
servante

juvante Deo ad me hic venerit. Interim  
verò aliquid etiam innovabitur De eo ipso  
Rege Joanne, quid agat, quid spoi habeat,  
quidve Consilii capiat, felicissime valeat.  
vestra Dominatio, meque habeat sibi cha-  
rum commendatum. Datum.